

## Epitoma & versus memoriales

**M**ICHAEL. Quod autem auctores dicunt essentia filii est de essentia patris, intelligentia et filius est de patre, quod est eadem essentia. Quod est auctoritates quodam dicunt, patrem genuisse filium de sua substantia, & nos de nihilo, intelligendum est, id est, genuit filium, qui est eiusdem naturae cum eo. Non genita, aut genuit diuina essentia, quamvis Naturae genitus filius ipse patris.

**DISTINCT. VI. QVAE IN CIPIT,**  
Præterea queri solet, &c. epico.

Pater in diuinis filiis genuit non necessitate, cum in Deum nulla cada coactio, nec voluntate, cum in eum nulla cadat mutatio. Quāvis autem in Deo idem sit realiter natura, & voluntas, quia ratione seu connotato differunt, nihil obstat: aliquid posse conuenire natura, quod non conuenit voluntati. Hinc nec in conuenientis est dicere filium esse filium naturaliter, & non voluntate. Et est simile de voluntate Dei, & eius scientia, quæ se ad plura extende, & voluntas. Dicitur tamen Deus volens genuisse filium, sicut & sapiens, & potens ipsum genuit, sed non voluntate precedente, vel accidente, quia prius voluerit, & poterit genuiri, vel econtra, ut heretici opponerebant.

Quāvis in Deo idem natura filia, & voluntas, & contentum illi aliud, quod tamen huc minime.

**DISTINCT. VII. QVAB IN CIPIT,**

Hic solet queri, epico.

Ad hoc, quod queritur, an pater poterit, aut & voluntari generare filium, affirmari est respondendum est. Nec ex hoc sequitur, parem aliquid posse, aut uelle, quod filius non posset, aut non uellet, quia ibi posse, & uelle generare non est aliud, sed ad aliud. Hinc si filius non potest, nee uult generare, non arguit in eo, impotensiam, cum eiudem sit potest cum patre, sed pertinet ad proprietatem sui personæ, cum est poterit, & uelle nasci, quod est in eo est eadem potest, quia patre est potest, qua potest, & uult generare, sicut & in utili, est eadem sapientia, & natura. In filio ergo non est potest generandi, si ad proprietatem referatur intelligentia, quamvis bene, si ad naturam. Tunc enim idem sunt, posse generare, & posse generari.

Patri eadem, & grata diuina potentia, gigni.

Qua potest sibi, & generare parenti.

**DISTINCT. VIII. QVAB IN CIPIT,**

Nunc de ueritate, &c. epico.

Solus Deus, seu diuina natura uerè est immutabilis, ac simplicissima. Vere quidem, quia sine fine non actualitas admixtio. Eins enim est esternus, & fine præteritione, & futuritione. Est autem immutabilis, quia est ipsum suum esse, quod non immodificabile est alteri disponi, quod est. Neque enim ueristima est, si mutari posset. Neque aliqua fuit in eo accidētia secundum, quæ mutetur, nec per loca, uel tempora, uel affectiones variatur, vt hi in creaturis. Simplicissima vero est, & sine omni compositione, vel multiplicatione, & sic uerè, & proprie simplex, cum in ea nulla sit partum, vel accidentium, uel formarum diuersitas. Vnde nec alicui predicationum subiicitur, nec propriè substantia appellatur. Neque uero simplicitas ipsius, nominum multiplicitas de ipsa dictorum repugnat, quia scilicet omnia unum significant, nec ipsa excludit personarum trinitatem, quia singula Deus sunt. Est solus uerè Deus immutabilis atque simplex, est solus scilicet esse suum, & ipso sum.

**DISTINCT. IX. QVAE IN CIPIT,**  
Nunc ad distinctionem trium, &c. ep.

Vnde Deus sunt tres diuinæ personæ, & sunt idem in natura, distinctione tamen in personalitate. Hinc quamvis filius, alius sit a patre, cum sit ab eo genitus: non tamen fuit pater antequam filius, cū diuinæ personæ sint iuicem coeteræ. Nec ualeat, quod Arius hereticus inferre nitebatur, scilicet: quia natus est, & haber principiū ergo non est aternus. Etenim genitus pater aternus genuit filium. Alioquin, & pater aliquis fuisset sine filio, & sapientia, quod est absurdum. Est autem aeterna generatio iuxta prophetam ineffabilis. Vnde presumi debet à quo, quod de plena ipsis cognitione. Ad exprimendum autem aeternitatem filii, melius dicitur semper natus, & semper nasci, quāvis, & illud à cibulâ dicat. Note, cogiturne te dicimus esse parenti, Dicitur ab aeterno te genuisse parentem.

**DISTINCT. X. QVAE IN CIPIT,**  
Nunc post filii aeternitatem, &c. ep.

Spiritus sanctus est amans sive charitas, seu dilectio patris, & filii, qua scilicet seu in uicem diligunt. Vnde & pro modum voluntatis procedit. Quamvis autem, ac cipiendo nomen charitatis, essentialiter, quelibet diuinarū personarū sit charitas, & omnes sint una charitas, sicut & una sapientia in spiritu sanctus solus est charitas procedens, sicut filius solus sapientia genita. Est autem hæc charitas substantia, & deus. Vnde & æqualis patri, & filio est spiritus sanctus. Quamvis etiam hoc nomen spiritus sanctus oibus conuenienter, & pater spiritus est, & sanctus scilicet filius, conuenienter tamen tertia persona eo nominatur, quod ab alijs duabus habet originem, Spiritus sancto quamvis tribuanus amorem.

Personis tribus est attamen unus amor.

**DISTINCT. XI. QVAB IN CIPIT,**  
Hic dicendum est, &c. epico.

Secundum sacra scriptura ueritatem, & noui testamenti auctoritates, dicere oportet spiritum sanctum a patre, & filio procedere. Nec hoc est id, quod in conciliis determinatum est, ut Graeci aliqui contendebant, dicentes spiritum sanctum a patre tantum procedere. Longe enim differunt, alud docere & id est determinatum est, ultius explicare, quod in proposito. At quia, & ipsi Graci spiritum sanctum dicunt esse etiam spiritum filii, uerbis contendentes, in sententia cum latinis conuenient, si capere uellent. Nam etiam sententiam quidam maiores eorum satis expresæ in scripturis suis poluerunt, Ex patre, & nato procedit spiritus almus,

Quamvis disideat nomine Graeca fides.

**DISTINCT. XII. QVAB IN CIPIT,**  
Item queritur, &c. ep.

Patre spiritus sanctus, nec prius nec posterius processit, quam a filio, nec econtra, pro eo, quod ibi nulla est temporis successio, vel duratio. Vnde nec habet locum questionis illa, an procerescit spiritus sanctus iam natus filio, uel adhuc nascitur. Nā oēs personæ sunt coeteræ. Hinc etiam nec maiore perfectione dignitatis, nec plenius à parte procedit, quam a filio, sed æquè perfectè. Principaliter tamen, & proprie à mittitur per filium, eo quod patet à nullo est filius autem hoc habet à parte.

Spiritus ex nato non manat plenius ipsis, Quam patre, nec spirat filius ante patrem.